



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Talio, Sev Metiens Et Remetiens Mensvra**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1650**

§. 8. Parentem malè tractans, à filio vicißim malè tractatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52346)

## §. VIII.

*Parentem malè tractans, à filio vicissim malè tractatur.*

Caveant igitur, quicumque alios seu lingua, seu manibus percutiunt; nihil erit apud diuinum tribunal impunitum; erit enim id illis nullus Paulus prædicat, prædicat tamen ratio, prædicat iustitiæ diuinæ æquitas, eos vicissim, nisi se ipsos iudicent, puniantque, vel in hac, vel in altera vita, re-percutiendos. Quemadmodum non alionde, quàm à propria conscientia monitur

Martin.  
Delrio in  
Senecæ  
Agamē-  
nonem n.  
901.

Henric.  
in Diopt.  
Ioseph.

Balardin.  
l. 3. c. 47.

Matth.  
Rader. in  
vitam S.

Ephrazm.

fuit ille, de quo Martinus Delrio, alijque scripserunt; qui patri suo, in Frisia, sæpe iniurius adeò fuit, vt illum pugnis contunderet, & prostratum crinibus raptaret. Nam postea vicissim à filio suo pulsatus, atque eodem quoque modo per domum raptatus, cum ad limen domus peruentum foret; & nefandi istius filij rabies etiam vlteriùs progressura videretur, miser parens intelligens, iusto se Dei iudicio illa pati, exclamauit. *Haftenus, fili, nec enim parentem meum, aut tuum, ultra domus limen crinibus traxi.* Nullo huic alio monitore opus fuit, quàm conscientia, & ratione, quæ misero dicebat, filium à parente suo didicisse modum tra-

Etand

*in divina Scriptura, expressam esse.* 211

Standi parentes; qui si inhumanus esset, magistro potius, quàm discipulo tribuendus videretur. Nec enim, nisi iustissimè, Deum permittere, vt peccatum parentis, peccato filij plecteretur.

§. IX.

*In uxorem crudelis crudeli morte multatur.*

Hoc etiam pacto finit aliquando errare, in sententia ferenda, ipsum Magistratum Deus. Sæpe enim, qui in vno crimine innocens plectitur, est in alio nocens. Et Senatus quidem iudicium præcipitat, est tamen aliud peccatum, quod Deus per senatum castigat. Referam melioribus verbis, M. Michael Iulius rudi Minerua dedit quod M. Michael Iulius rudi Minerua dedit memorijs posterorum. Basileæ Paterfamilias fuit, crudis homo moribus, & mentis indomitæ: qui si tangeretur, echino fuit asperior; Adria iracundior, si læderetur. Is conjugem habuit utique meliore marito dignam. Nam etsi honesta esset ac pudica, quotidianas tamen rixas, & velut perpetuam simultatem pati cogebatur. De qua quis re, etiam de lana caprina, illi Orbilius ille litem mouebat. Nec manebat res intra verba, & probra; à contumelijs & maledictis plerumque ad verbera, & liuorem

M. Michael Iulius de laude ordinis Coniugalibus conc.

